

W c
2419



2.65,

L
S
J
E

D

Ce

J

W



2. 65, 25.

APPLAUSUS VOTIVUS,

Quem

Illustrissimo, Celsissimoq; Principi ac

Domino,

DN. JOHANNI ERNE-
STO, DUCIS SAXONIÆ,
JULIÆ, CLIVIÆ ET MONTANIÆ, LAND-
gravio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, Comiti Mar-
chia & Ravenspurgi, Dynastæ in Raven-
stein,

Domino suo clementissimo &c.

Cum post

O B I T U M

*Illustrissimi, celsissimiq; Principis ac Do-
mini,*

DN. JOHANNIS CASI-
MIRI, DUCIS SAXONIÆ, JULIÆ, CLI-
viæ & Montaniæ &c.

*Fratris Germani pia & laudatissima memoria, Dominiq;
Auctoris clementissimi &c.*

Celsitudini ipsius, ut legitimo Heredi & Successori Coburgi, 16. Septembr.
Anni instantis, à Subditis subjectionis & fidelitatis juramentum subje-
ctissime prestaretur,

In debita subjectionis & obedientiæ signum fecit

JOHANNES BECHSTADIUS, U. J. D. & Consilia-
rius ibidem Aulicus.

COBURGI

Impressus typis Ducalibus à JOHANNNE FORCKELIO,

Anno M. DC. XXXIII.

Wc

2419



REX
SALOMON

1. Reg. 3.

ET nunc Domine Deus meus, tu
regnare fecisti servum tuum,
pro David patre meo: Et servus
tuus in medio est populi, quem elegisti.
Dabis servo tuo cor docile, ut popu-
lum tuum judicare possit, & discerne-
re inter bonum & malum.

Cui Deus:

*Ecce fecit tibi secundum sermones tuos
Et hac qua non postulasti dedi tibi &c.*

vers. 12. & 13.





In fando luctu, planctu, & mœrore repleta
Quæ modò cuncta DUCIS CASIMIRI
ob funera stabant, (te
Lætitiâ, applausu, concentu & jubilo ovan-
Jam resonare, tonare, atq; exultare videntur,
Dum video illustrem Dominum Ducem & inclytum
ab ortu (FRATREM

JOHANNEM ERNESTUM, JANI CASIMIRI

Dilectum, dilectum omni Populoq; PARENTIS

Instar, in hâc Ditione loco succedere aperto,

Desertiq; Gregis sibi jure capeffere habenas.

O pecudes miseras fido Pastore carentes!

O miseram uxorem quæ sit viduata Marito!

O miserum, orbatum fido Tutore Pupillum!

At miserum certè, magis afflictumq; Popellum,

Qui fido Patriæ Patre PRINCIPLE privus & orbus!

Nam ceu grex Pastore carens disjungitur aruis

Et pecus in varias partes, modò in hanc, modò in illam

Gressibus ambiguis per rura patentia aberrat,

Aut percussa metu fugit, expetit alta locorum,

Et depressa, vagans, tandemq; est præda luporum:

Sic DUCTORE gregis sublato PRINCIPLE ubiq;

Subditus in varias partes divisus aberrat;

Imprimis capitum multorum belua vulgus,

Libertate frui gaudens, fugit, appetit, urget
Leges spernendo, genio indulgendo, furendo,
Insultando piis, nec iussa severa Tonantis
Respicit. Imò etiam Grex territus ipse piorum
Expavet, & metuit casus hinc inde futuros,
Perdita quos possit causari vita malorum:
Exemplo quin & raptus quandoq; malignæ
Turbae, ejus vitam, moresq; imitatur agendo,
Et stupidæ instar ovis fugiendo, vagando, cadendo
Multa pericla subit, donec sit præda Diabli.

Cernimus en nostrâ, nos ipsi hoc tēpore in urbe,
Dum DUCIS exuviæ clauso vix affere frigent,
Ut furat atq; fremat plateis insana Juventus,
Militis & civis quæ sit confusio & iræ,
Qui in tectis gemitus, pressuræ, exactio, questus!
Nam Dominus, Judexq; suus vult quilibet esse.
Unde nec ullius, clavum qui dirigit isthic
Respectusq; timorq; viget: Contemptus at omnes
Opprimit, & medios viles facit, atq; supremos.

Hæc urbis facies: Status hic Gentisq; relictæ
Si fido Patriæ Patre, si Ductore carendum est,
Haftenus ut nobis CASIMIRI ob flebile fatum
Contigit. Ah PATRIÆ qui DUX, PATER. At renovare
Quid juvat antiquum nullâ ratione dolorem?
In pace, in requie, & cœlesti in sede locata
Est ANIMA. Expediet magè concelebrare Jehovæ
Lau-

Laudes, quod Fratri **F R A T R E M** subjungit, ut Heres
Legitimus fasces capiat, jus ad-^q; ministret
Deserto Populo, multo^q; gravamine presso.

Sic imponit onus Dominus, quod & allevat i-
dem!

(dens:

J A N N E R N E S T U S adest duplici, Dux, nomine gau-
Joânn justo suavis, gravis ast **E R N E S T U S** iniquo est.

Quæ duo constituunt rectâ virtute **P O T E N T E S**

Juncta simul. Nec sola tenet **C L E M E N T I A** laudem:

Contemptum tandem parit ipsa. **R I G O R**^q; nec usq;

Sufficit, ut justâ firmetur laude Tribunal.

Namq; odium atq; iras, & deniq; seditiones

Excitat. Hinc Psaltes centeno carmine primo

Intonat arte melos, de summo **J U R I S** & **Æ Q U I**

Munere, vel **G n a d r e c h t** / ut Teutonis ore profatur

Lutherus. Recte^q; locum **C L E M E N T I A** primum

Obtinet: ut discant rectè exercere Potentes

Justitiam in pœnis, **D I L E C T I O** & ipsa rigorem

Mitiget, ac præeat pia commiseratio semper.

Nam velut illustri superat Sol lampade Lunam,

Et sine sole nihil lunæ est splendoris in ipsa:

Sic **Æ Q U U M** & pietas superant jus acre **D i c a s t æ**,

Ut nihil absq; illis sit, quàm **V I S J U R I S** iniqui,

Pulchram & justitiæ faciem, quæ sanguine fuso

Conspergit, culpam^q; addit post fata luendam.

Et non supplicis, pœnis^q; hæc **G R A T I A** tantùm

Cernitur, at **M E R I T I S** quoq; ceu lux clara refulget:

A 3

Ut

Ut quoq; in hoc nostro, non falso lumine splendet
Principe MUNIFICUM PECTUS, pectusq; BENI-
GNUM

Erga inopes, erga afflictos, ergaq; Ministrōs
Fidos & fidas Famulas: Qua & LAUDE PERENNAT
ILLUSTRIS CONIUNX, CUNCTA VIRTUTE
VIRAGO.

O perrara fides! ò Divum nomine digni,
Ad quos non propius quàm munificentia in orbe
Terrigenas, Sapiens, accedere posse putabat!
Sic Dux non modò Dux, fidus quoq; PASTOR is ipse,
Qui juvat, & qui sanat oves, qui pabula præstat,
Nec gaudet deglubere eas, vel radere vivum.
O miserum regnum, pressura auditur ubi ista!
Nam Populi gemitus, lachrymæq; ad sydera tendunt,
Nec remeant, cessantq; urgere, tonare, boare,
Donec & EXACTOR, MANDANSq; Ægyptii ad instar
Funditus aut pereant, cesset vè tyrannidis ardor.

JANN-ERNESTUS adest, cui MENSq; SEVERA
subintrat

Pectus, ut indomiti reprimat conamina & ausus
Militis infandos, Populusq; quietior esse
Et colere arva queat, pecudes & pascere campis.
Sub JANO ERNESTO spes est superare molesta
Cuncta, & quæ fuerant reparare amissa & omissa.

PLAUDITE nunc Cives & iò resonate Coloni
Vosq; Coburgiaca Nymphæ date sarta futuro
PRIN-

PRINCIPI, & exultate omnes JUVENESQ; SENESQ;
Inq; fidem Domino digitos extendite, & ore
Nonvano obsequium JURATE, animoq; fideli
Hæc mecum æterno JOVÆ date VOTA PRECESQ;

QUI sceptræ & fasces transfers, esq; arbiter orbis
BERNESTUMq; DUCEM nobis jam constituisti,
Ut regat imperio Populum Ductore carentem,
Des ipsi VITAM LONGÆVAM IN CORPORE SANO
Atq; artus senio vegetos, MENTEMq; VIGENTEM,
Tum bona cuncta Pio: ut nova munera sedulus ornet.
Imprimis BONUS ut PASTOR sacra PABULA VERBI
A corruptelis, & ab omni sorde malignâ
Integra conservare, DEO te dante, laboret:
Ne Mercenarius veniat, sed longius absit,
Semper at invigilent, Servi ad carecta fideles,
Inclamando lupis, urisq; voracibus obstant.
Largire OBSEQUIUM, ne prata salubria spernant,
Luxuriando greges, & pascua amara sequantur,
COR SAPIENS firma semper, discernat ut inter
Tum verum & falsum Princeps, tum justum & ini-
quum,
JUSTITIAM & cunctis æquali lance ministret.
Aurea pax isto Duce floreat atq; vigescat
Finibus Imperii, charos interq; Penates.
Dives Amalthææ cornu ipsi cuncta refundat
Et nobis quæ unquam rapuit vis Martis atrocis

Et

QX
9/c
2419

Et foris atq; domi. Deus impleat omne petenti
Consilium cordis. Te alarum protegat umbris;
INTROITUMq; tuum simul EGRESSUMq; gubernet
In laudem propriam, Ducis & decus atq; SALUTEM.

Rom. c. 13. v. 1. & seqq.

Omnis anima potestatibus sublimioribus
subdita sit. Non enim est potestas nisi à Deo.
Itaq; qui resistit potestati Dei ordinationi resistit:
qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem ac-
quirunt &c. Non enim sine causa gladium
portat: Dei Minister est vindex in irâ
ei, qui malè agit.

FINIS.

H.C.

Handwritten text from the adjacent page, including words like "bus", "deo.", "tit:", "ac-", "m", "A co", "Integ", "No", "Somp", "Incl", "Lag", "Lun", "Cor", "Tun", "Just", "Aure", "Fini", "Dive", "Et no", and a blue mark at the bottom.

ULB Halle 3
004 966 805






65, 25

AP

Illustri

DN. JO
STO. D
JULIÆ, CL
gravio Thuri
chia

Illu

DN. JO
MIRI, DU

Fratris Gern

Celsitudini ipsius, u
Anni instantis

In de

JOHANNE

Impressus typis

AC

NE-
IÆ,
, LAND.
iti Mar-


ASI-
E, CLI-

ominiq;

6. Septembr.
um subje-

Consilia-

KELIO,



Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Inches
Centimetres

